228. Vadit Pars, quod si quis de cetero, et si quis esse velit, in Arrengo dicti Consilii Rogatorum ausus fuerit dicere predicta, vel similia verba, ipso facto, incursus intelligatur, et sit in irremissibilem, et immediatam penam privationis Consilii nostri Rogatorum, et aliis omnibus Consiliis, et Collegiis nostris secretis per annum unum, et sic per Capita hujus Consilii, vel unumquemque ipsorum exequatur, et licentietur de ipso Consilio, vel Committatur executio presentis Ordinis Capitibus hujus Consilii, quae sub debito Sacramenti teneantur, et debeant exequi presentem Ordinem Contra presumentes Contrafacere; nec possit eisdem Contrafactoribus fieri de pena predicta aliqua gratia, donum, remissio, etc. nisi per omnes 17. Ballottas hujus Consilii. Salvo insuper arbitrio hujus Consilii procedendi ad executionem severiorem penarum Contra predictos, pro iis, que manifeste, vel tacite significassent, vel propalassent Contra aliquam Credentiam per hoc Consilium Cum additione, vel sine mandatam super aliqua re, vel materia.

1761. 18. 9bre.

Tratta dal Libro Partium, et Ordinum C.X. detto Magnus

a pag. 642, p. Comando, ed uso degli Ecc.mi Correttori.

Inquisizione per arme in M. C.

1491. die 22. aprilis in C.X.

Prohibitum per ordines tam majoris, quam hujus Consilii, et bene Convenientibus respectibus, quod arma omnis generis portari non possint ad ipsum M. C, et tamen per ea, que intelliguntur contra fit ipsis Ordinibus, et sit dandus talis modus remedii, quod omnes habeant causam obbediendi.

Vadit Pars. Quod in omni M. C. quod fiet, unus Caput hujus Consilii, et unus Advocator Comunis teneantur, et debeant intrare in Cameras Electionum, et facere perquiri omnes illos nostros Nobiles, qui erunt in electione, pro videndo, si habent ad dorsum aliquid Armorum genus, et quodquod invenerint Cum Armis, Contra illos exequi debeant penas statutas per dictas Leges nostras, et hoc sub debito Sacramenti.

Et ut exactior, et particularior inquisitio fieri possit armorum predictorum teneantur, et debeant prefatus Caput, ed Advocator qui

per